

professo ad nuptias transeunt agendum est. Quidam negant hunc irregularitatem incurere. Quod ea irregularitas in iure non reperitur. Nam cap. quotquot. 27. quæst. 2. cui oppositum asserentes innituntur, loquitur de solis fecundis, quæ virginitatem promissam prævaricatur sunt, et terdicens eas inter virgines, aut diaconissas consecrari. Sic Enriquez lib. 12. de matrimon. cap. 6. num. 10. Et Palacios 4. dist. 17. disputat. 4. col. 7. Idem sequitur quando cum virgine contraxit, secus quando cum corrupta.

8 Sed dicendum est idem profus quod numero 5. diximus de constituto in Sacris matrimonio contrahente. Quia eadem similitudo bigamiæ reperitur in hoc: cum post matrimonium similitudinariam per professionem cum Christo iniri, affectet aliud matrimonium contrahere. Et hoc colligunt ex cap. quotquot. 27. quæst. 2. quod est ex Synodo Ancyran. cap. 18. communiter Doctores, ita illum textum intelligentes, ibi: *Quotquot virginis ætem pollicitam prævaricatur sunt professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transeunt, haberi debent.* Vbi licet sermo sit de fecundis, id à fortiori in viris procedit. Atque ita esse irregularem hunc ex bigamia similitudinaria, quamvis vnicam, & virginem ducat, tradunt ex Theologis, Ricardus, Palud. utroque loco, Supplementum Gabrielis, Ledesma, Valentia, Emmanuel Sa, Ludouicus Lopez, Manuel, Philareus allegati, num. 5. Toledo lib. 1. summa cap. 26. num. 7. Et ex Iurisperitis, Montagna tractatu de bigamia. quæst. 4. num. 4. & 6. num. 7. Turrecrem. Rosella, Armilla, Tabiena, Nauarr. Maiolus, Flaminus, Alensis relati. num. 5. Couarru. Clem. si furiosus, de homicid. 1. par. §. 2. num. 2. versic. 3. Et idem supponunt, quos referam disput. sequenti. num. 22. asserentes posse Episcopum cum hoc dispensare, quando cum virgine contraxit. Et eiusdem sententia videntur alij, qui indistinctè tradunt professum ad nuptias transeuntem effici irregularem. Sic docent ex Theologis, Palud. 4. dist. 37. quæst. 1. art. 2. num. 12. Durandus, Maioris, Sotus, Celaia, Angles, Petrus de Ledesma, Bartholomæus à Ledesma, Vega, Llamas. num. 5. allegati. Vivaldus candelabro Sacramen. vbi de irregularitate bigamiæ, in 2. part. num. 13. Et ex Iurisperitis, Speculator. titu. de dispensatione. §. iuxta

num. 6. versic. & scias. Monaldus summa tractatu de irregul. vbi de irregul. propter bigamiam, columna 2. versic. item, qui post votum. Albericus, Angelus, Borgasius. num. 5. citati. Nauarr. lib. 1. consil. titu. de bigamis, in vtraque editione, consil. 1. num. 6. Humada part. 1. tit. 5. l. 5. super Glossa 33. num. 2. Eiusdem sententia sunt alij asserentes idem dicendum esse de hoc professo, quod de clerico in Sacris constituto matrimonio ineunte. Hi sunt, Goffredus summa. tit. de bigamis. num. 1. Innocent. cap. nuper, in fine, eodem tit. & ibi Hostiens. num. 4. Ioann. Andræ. num. 4. Cardinalis in fine. Bellamera quæst. 1. num. 5. Petrus de Soto lectione 18. de matrim. pagina 4. versic. hæc igitur.

An verò exigat copula carnalis, & qualis? dixi hoc lib. 7. disput. 83. num. 4. & duplici sequenti.

Hæc autem irregularitas clerici in Sacris constituti, aut professi matrimonium ineuntis non oritur ex significationis defectu, sed ex delicto. Constat ex cap. nuper, & cap. finali, de bigamis: quæ late ponderavi disput. præcedenti. num. 6. alijs rationibus adductis ad hoc probandum. Et ita hanc esse ex delicto tenent Antonius cap. finali. num. 9. de bigam. Et ibi Abbas num. 6. Enriquez lib. 12. de matrimo. cap. 6. num. 11. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. cap. 158. num. penult. Vega 1. tomo summa. cap. 38. casu 1. fine.

Aliqui extendunt hanc irregularitatem ad eum, qui post simplex castitatis votum, ad nuptias transit. Sic Paulus Borgasius de irregul. part. 5. tit. de bigamis. num. 29. Maiolus lib. 1. de irregul. cap. 33. num. 7. Ludouicus Lopez. 2. part. Instructorij, vbi de irregularitate. capit. 22. in prima specie irregularitatis. Sed hoc non credo, cum non reperitur in iure. Nec sit eadem ratio, quæ de professo matrimonium contrahente: in quo etiam aliqui negant (vt num. 7. retuli) nedum in votum simplex habentibus.

Quare audiendi non sunt alij, qui dicunt eandem irregularitatem contrahere, qui ducit uxorem voto castitatis stricti, quamvis ipse solutus sit. Hi sunt, Maiolus eodem cap. 33. num. 8. Vivaldus candelabro Sacramen. 2. part. vbi de irregul. a bigamia. num. 14. Sed meritò ab his discedit Enriquez lib. 12. de matrimo. cap. 6. num. 10. Quod nullo iure probetur.

DISPV.

DISP. OCTOGESIMASEXTA.

An bigamiæ irregularitas extinguatur per baptismum, religionis professionem, vel dispensationem: & quis in ea dispensare possit?

SVMMARIVM.

An irregularitas bigamiæ tollatur per baptismum? Remissio. num. 1.

An tollatur per ingressum religionis, & alie irregularitates? Referuntur dua sententia. num. 2. & 3.

Proponitur sententia Authoris. num. 4.

An Pontifex possit dispensare in irregularitate bigamiæ vera: & quo iure sit indulta? Referuntur quedam sententia. num. 5.

Declaratur opinio Authoris. num. 6.

Referuntur distinguentes in hoc, inter potentiam ordinariam, & absolutam Pontificis. num. 7.

An possit Episcopus dispensare in irregularitate bigamiæ vera, vel interpretatiua? Referuntur varia sententia. num. 8. & 9. 10.

Proponitur sententia Authoris. num. 11.

Quid, si ea bigamia sit occulta? num. 12.

Quid, si bigamus transcat ad religionem: an possit Episcopus in illa dispensare? num. 13.

Quid, quando necessitas ministrorum urget: ut apud Indos? num. 14.

Satisfit argumentis. num. 15.

An in bigamia similitudinaria clerici ineuntis matrimonium, possit Episcopus dispensare? Referuntur varia opiniones. num. 16. 17. 18. 19.

Proponitur sententia Authoris. num. 20.

An possit Episcopus dispensare, vt clericus in Sacris constitutus viduam ducens, obtineat benedictionem? num. 21.

An integrum sit Episcopo dispensare in irregularitate bigamiæ similitudinaria pfecti matrimonium ineuntis? num. 22.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 23.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occulta? num. 25.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare ternas, vel quaternas nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretatiua? num. 24.

Et quidem loquendo de professione religionis: Anton. cap. finali. num. 9. de bigamis, & ibi Abbas. num. 2. sentire videntur bigamiæ irregularitatem contrastram ante religionis professionem, deleri hac emissâ, secus si postea contracta sit. Adduntque non deleri similitudinariam clericis in Sacris constituti ineuntis matrimonium: ed quod irregularitas hæc ex delicto oritur. Alij è contra aiunt, per professionem deleri omnem irregularitatem ortam ex proprio delicto: secus de ea, quæ ex significationis defectu confurgit. Ita Glossa finali. cap. 2. de Apostatis.

Ceterum dicendum est, nullam deleri irregularitatem, præterquam in casibus in iure expressis, nimirum, quando oritur ex defectu natalium, id est, eo quod quispiam illegitimus sit. Constat, quia cap. 1. de filiis presbyt. tanquam quid speciale decernitur, tolli hanc irregularitatem defectus natalium: & quidem non omnino, sed quoad ordines recipiendos: manente dignitate incapacitate. Ergo secus est in alijs irregularitatibus, quas tolli non est in iure expressum. Fatentur tamen Doctores huius sententia professionem religionis causam facilioris dispensationis præbere. Huius sententia sunt, Abbas. cap. 2. fine, de apostatis, & ibi Ananias fin. Socinus. cap. ad audientiam, col. vltima, de homicid. Syluest. verb. irregularitas. quæst. finali: Et ibi Armilla. num. 88. Angelus. verb. irregularitas vltimo. num. vnico. Villadiego de irregularitate. cap. 16. num. vnico. versic. vltimus quero. Couarru. Clem. si furiosus, de homicid. 1. par. §. 2. num. 6. Enriquez lib. 14. de irregul. cap. 17. num. 2. Atque non deleri hanc irregularitatem bigamiæ affirmant etiam Sotus 4. dist. 2. §. 2. quæst. 1. art. 3. col. 2. & Flaminus de resignat. benef. lib. 5. quæst. 3. num. 194. Subdit Sotus ibi vfu obtentum esse, vt omnis irregularitas quoad ordinum susceptionem aboleatur professione religionis: dempta ea, quæ ex bigamia, aut homicidio voluntario proficiscitur. Sed iure optimo ab eius sententia recedit Enriquez lib. 14. de irregul. cap. 8. num. 10. Quod non confet de eo vfu.

Ll 2 pro-

Circa dispensationem autem, quidam negant Pontifici tenimo integrum esse, in hac bigamia verè irregularitate dispensare. Quod vitium bigami confurgit ex defectu Sacramenti, quod tollere non subest potestati pontificie. Secundò, quia hac irregularitas habet ir ex iure diuino. Iuxta illud D. Pauli 1. ad Timoth. 3. vbi admonet Episcopum debere esse vnus vxoris viri, id est, non bigamum: vbi nomine Episcopi omnes Sacerdotes comprehendit. Et ideo cap. 2. de bigam. deciditur propter hoc Paulinum testimonium non licere cum bigamis dispensare. Sic videtur tenere Glossa cap. 2. verb. dispensare, de bigam. Alij verò licet concedant irregularitatem hanc esse de iure diuino, admittunt tamen Pontificem posse dispensare. Ita Petrus de Soto lectione 18. de matrimo. pag. 3. versic. ex quibus denique, & pagina 5. versic. restat ita.

Ceterum absque dubio tenendum est, irregularitatem hanc solo iure Pontificio inductam esse: ac proinde posse Pontificem in ipsa dispensare. Ducor, quòd in lege euangelica nullum præceptum diuinum positum existat, præter fidei, & Sacramentorum præcepta. (vt probauit disput. 52. nu. 2.) Cum ergo hoc non pertineat ad materiam, & formam Sacramentorum, nec ad ipsa suscipienda sub præcepto, & non sit naturale, non erit diuinum positum. Deinde, quia licet irregularitas hæc sit inducenda à D. Paulo, est tamen de iure humano. Quia Apostolice erant etiam Episcopi, & vt Apostoli condebant Sacram scripturam: vt Episcopi verò leges Ecclesiasticas. Vt Aduum 15. & consilia præbebant, vt 1. Corinth. 7. Nec obstat Pontificem non posse auferre defectum significationis Sacramenti. Quia ad dispensandum id minime desideratur, sed solum vt Pontifex tollat irregularitatem ex eo defectu ortam. Nec similiter obstat textus cap. 2. de bigam. ibi enim dicitur non licere dispensare: ita vt verbum, nō licet, importet difficultatem, non autem impossibilitatem. Atque ita sensus est, non facile, & absque graui causa dispensari posse: vel dic non licere Episcopis inferioribus, qui Pontificem consulant, an possent ipsi bigamos promouere. Rursus probatur hæc sententia. Quia cap. lektor. dist. 34. Martinus dispensauit cum bigamo, vt subdiaconus fieret. Et ibi Glossa. verb. refert Lucium dispensasse cum Episcopo Pnornitano, qui bigamus fuerat. Deinde, quia etiam D. Paulus. 1. ad Ti-

moth. 3. petit Episcopum nō percussorem. Et tamen nullus negat dispensationem in hoc Pontifici. Item, quia in Concilio Graegni dispensatum est in statuto Apostolorum, qui statuere presbyterum ob crimen fornicationis deponendum esse. cap. final. 82. dist. 8. cuius oppositum fuit eo. cap. finali decretum. Et ideo hanc sententiam sustinent. D. Thom. 4. dist. 27. quæst. 3. art. 3. corpore. & ibi Ricardus art. 4. quæst. 4. Palud. q. 4. art. 5. num. 33. Maioris. q. 6. concl. 2. Supplementum Gabriel. quæst. 3. art. 3. dubio 4. Satus. q. 3. art. 3. concl. 1. Medina. c. de ieiunio. versic. his tamen non obstantibus: & reliqui omnes Theologi. Et ex Iurisperitis, Glossa dist. cap. lektor. verb. fiat. Et ibi Archid. num. 1. & Turrecrem. art. 1. num. 1. Speculator. tit. de dispensatione. §. iuxta. nu. 3. & 4. Goffredus summa tit. de bigamis. num. 11. & ibi Hostiensis, ad finem. Et idem Hostiensis. c. 2. nu. 4. eodem tit. & ibi Innocen. nu. 2. Ioan. Andr. à nu. 9. Anton. nu. 9. Abbas nu. 6. Cardin. quæst. 2. Anchar. nu. 2. Bellengerus num. 1. Enricus. cap. 1. de bigamis. num. 22. & sequentibus. Idem Anchar. c. vnico. num. 6. de bigam. in 6. & ibi Francus num. 4. lex Regia. §. tit. 5. part. 1. & ibi Gregor. Lopez. verb. dos mageres. Ananias. cap. 1. vir num. 3. de adulter. Staphilaus de literis gratiæ. colum. vit. Coarraui. Clem. si furiosus, de homicid. 7. p. §. 2. num. 4. Et reliqui omnes Iurisperiti. Et Summarum autores, vt Angelus. verb. bigamia. num. 8. Syluest. ibi. quæst. 6. Tabiena. quæst. 7. Armilla. nu. 9. Nauarr. summa. cap. 27. num. 197.

Nec audiendi sunt Enricus, & Staphilaus. num. præcedenti allegati, qui hoc limitant, vt Pontifex possit potestate absoluta dispensare, secus ordinaria. Quos bene reprobat Couarru. eodem num. allegatus. Quia cum hæc irregularitas sit ex solo iure humano, potest Pontifex potestate sua ordinaria illi derogare.

Potissima autem questio est de facultate Episcopi circa dispensationem in bigamie irregularitate. Et quidem loquendo de bigamia vera, vel interpretatiua, varie sunt sententiæ, quas refert Glossa. c. 2. verb. dispensare, de bigam. Sed potissima sententiæ sunt quatuor. Prima ait posse Episcopos dispensare etiam quoad maiores ordines. Probat, quia Episcopi dispensant cum criminosis. cap. at si clerici, de iudicijs. Qui instat bigamorum sunt, &

pariter

pariter Apostolus. 1. ad Timoth. 3. interdicis eis promotionem ad ordines. Hanc refert tacito Authore Glossa citata.

Secunda sententia sustinet non posse Episcopum dispensare cum huiusmodi bigamis, etiam ad ordines minores. Dicitur, quòd. cap. vnico. de bigam. in 6. de sumptum ex concilio generali Lugdunensi, interdicat bigamis in minoribus ordinibus consiluritis deferre tonsuram clericalem: nec committit dispensationem Episcopo. At hic nequit in decreto generalis Concilij dispensare, nisi specialiter sibi committatur. (vt tradit communis sententia. car si clerici, de iudicijs.) Et confirmatur, quia Tridentinum sess. 23. de reform. cap. 17. fine, statuit minorum ordinum munia obeuntes debere esse cælibes, & non bigamos. Hanc tenent Ioannes Andr. cap. vnico. de bigam. in 6. num. 1. versic. in glossa. 2. ibi lektor. Et ibi Anchar. num. 6. Dominicus num. 5. versic. in fine glossa. Francus. num. 4. quamuis enim non explicant de qua bigamia loquantur: at loquuntur de bigamia, de qua illi textus: qui de vera, & interpretatiua intelligitur, teste ibi Glossa verb. bigamos. Idem tenent loquentes de bigamia vera, Ioannes Andr. cap. 2. in fine, de bigam. Et ibi Cardin. fine, Anchar. num. 2. Idem de vtrique; bigamia tenet Ludouicus Lopez 2. part. instructorij, vbi de irregular. cap. 22. in prima irregularitatis specie. Idem docent indistincte loquentes de bigamia, Antonius. cap. 2. num. 8. de bigamis, & ibi Abbas. num. 5. fine, Villadiego de irregular. cap. 16. num. vnico. versic. Episcopus. Supplementum Pisana. verb. bigamia. num. penultimo: & ibi Angelus. num. 8. Gregor. Lopez. l. 5. verb. dos mulieres. tit. 5. p. 1. Flaminus lib. 5. de resignat. benefic. q. 3. num. 196. Toledo libro 1. summa cap. 26. num. 8. Humada. p. 1. tit. 5. l. 5. glossa 33. num. 3. Et ita esse regulariter, licet possit Episcopus dispensare subnitenti legitima, & euidenti causa, vt nobilitate, scientia, tradit Ludouicus Gomez in tractatu Breuium. num. 21. Et posse tantum hanc dispensationem admitti, quando merus laicus bigamiam contraxit, qui nondum statum, aut priuilegium clericalia habuit, secus quando clericus, vt pote qui iam omne priuilegium amisit, tradunt Enricus. cap. 1. de bigam. num. 26. Couarr. clement. si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. num. 4. Salzedo addit, ad practicam Bernardi Diaz cap. 16. verb. dispensare.

Addunt Couarr. & Salzedo posse etiam cum clerico dispensare, vbi maxima dispensandi causa subesset. Et subdit Couarruias adhuc in his casibus rem esse valde dubiam.

Tertia sententia ait, non posse etiam quoad ordines minores recipiendis dispensare Episcopum cum bigamo vero, vel interpretatiuo: at posse admitti vt valeat dispensare in vsu ordinum minorum antea receptorum: per. cap. lektor. d. 34. Ita tradunt Nauarr. summa cap. 27. num. 197. Valentia 4. p. disp. 7. q. 19. puno 3. in 1. specie irregularitatis. Manuel. 1. tomo summa 2. editione cap. 158. conclusionem 5. num. 6. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. lib. 4. cap. 7. fine. Emmanuel Sa summa verb. irregularitas, vbi de bigamia, in fine. Vega. 1. tomo summa cap. 38. casu 1. Vinaldus candelabro sacram. 2. part. vbi de irregularitate bigamia. nu. 34.

Vltima sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo,) asserit, nullatenus integrum esse Episcopo quoad sacros ordines dispensare: secus quò ad ordines minores suscipiendis, suscepijs; vtendum. Probatur ex. cap. lektor. d. 34. Quod est ex Martino Papa. ibi. Lektor siuidam alterius vxorem accepit, in lektoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat. Nihil autem supra. Similiter & si bigamus fuerit. Vbi si sermo esset de solo Pontifice, non esset verum in solo subdiaconatu posse eum dispensare. Et quamuis in principio dicat textus, in lektoratu permaneat: & sic solum videat Episcopo cōcedere facultatē dispensandi in vsu ordinis minoris antea recepti. At mox subdit, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat. Vbi aperte conceditur Episcopo facultas dispensandi in subdiaconatu recipiendo, occurrenti legitima causa. Qui tunc temporis non erat ordo Sacer: (vt notat Goffredus summa. tit. de bigamis, in fine, & Hostien. fine.) Et ratio est. Quia cum sacris ordinibus sit votum castitatis solemne annexum, per illos deputatur quippiam simpliciter, & perfectè diuino cultui, ita vt amplius resiliendi facultas non superfit. Quod secus in ordinibus minoribus contingit. Et ita nō est cur circa hos denegetur Episcopo facultas dispensandi. Et ideo huius sententiæ sunt ex Theologis. D. Thom. 4. d. 27. q. 3. art. 5. corpore, & ibi Albertus Magnus art. vltimo. Durandus. q. 4. in fine corporis Palud. q. 4. art. 5. nu. 33. Supplementum Gabrielis.

q. 3. sine. Sotus. q. 3. art. 3. conclusio 2. Petrus de Soto lectione 1. 8. de matrimo. pagina 5. vers. restat iam. Palacios 4. d. 27. disput. 4. columna 14. Angles floribus 1. p. vbi de matrim. q. 1. art. vltimo, difficultate 1. conclus. 2. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. nu. 11. Petrus de Ledesma de matrim. q. 66. art. 5. conclusio 3. Graffius 1. p. de iurisdictione lib. 4. cap. 27. nu. 38. Bartholomaeus à Ledesma de matrim. dubio vltimo, columna penultima. Llamas methodo curationis 1. p. c. 12. §. 3. Et ex Iurisprudentis, Glossa. c. 2. verb. dispensare, infine, de bigam. Et ibi Host. paulo post principiu, & in summa, eodem tit. in fine. Et ita forte esse tener. Archid. d. c. lektor. nu. 1. Et tenent etiam Albericus in dictionario, littera B. verb. bigamia, ad finem. Astenis 2. p. summa, lib. 6. tit. 7. art. vltimo. q. 7. Monaldus summa, tractatu de irregul. vbi de bigamia, ad finem. Turrecem. d. c. lektor. art. 2. nu. 7. conclus. prima. Sylu. verb. bigamia q. 7. Vbi Armilla nu. 5. Tabiena. q. vltima. Borgasius de irregul. p. 3. tit. de bigamis. nu. 8. Idem saltem in aliquo casu tenent quidam Doctores (vt retuli. num. 9. sine.) Idem quando bigamia est interpretatiua, secus quando vera, tenet Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum. tit. 12. nu. 186. 187.

12 Aliqui temperant priorem partem huius sententiae, nimirum, non posse Episcopum cum bigamo ad ordines maiores dispensare, vt intelligatur, nisi bigamia occulta sit: tunc enim poterit. Ita docent Palud. Supplementum Gabrielis, Tabiena, Armilla. nu. praecedenti allegati. Turrec. c. lektor. d. 34. art. 2. nu. 11. conclus. 5. Qui sublimitat. Cum Paludano, quando ea bigamia occulta confurgit ex facto, quod suapte natura occultum est. Vt si quis vxorem occulte adulteram cognoscat. Secus facto existenti occulto per accidens, cum suapte natura publicum esse deberet. Vt si bigamia confurgat ex matrimonio clandestino. Sed cui fundamentum innitatur haec limitatio, melior: & ideo illam non admitto. Verum quando est bigamia interpretatiua ex delicto confurgens, (qualem disput. 84. nu. 6. diximus esse, quae oritur ex duplici matrimonio, neutro existente valido, aut altero valido, & altero irrito, si delictum sit occultum, potest Episcopus dispensare. Quia Tridentinum sess. 24. de reform. c. 6. concedit Episcopis facultatem dispensandi in omni irregularitate ex delicto occulto,

to, depro homicidio voluntario. Et ita loquens de hac bigamia contracta ob duplex matrimonium irritu, sentit Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. infine. Et ita limitationem dictam reprobatur Ludouic. Lopez. nu. sequenti allegandus.

Alij temperant eandem priorem partem, nisi bigamus ille ad religionem transeat: tunc enim dicunt posse Episcopum dispensare. Sic referunt aliquos tenere, nec improbant. D. Thomas, Durandus, Albericus, Sylu. Tabiena, Armilla. nu. 11. allegati. Et tenet Albertus Magnus. 4. d. 27. art. vltimo. Enriquez lib. 12. de matrimo. c. 6. 11. Viualdus candelabro Sacram. 2. p. vbi de irregular. bigamia. nu. 34. Et dicit Enriquez fauere. Cui cler. vel vou. & intelligi hoc, si ex licentia sui praetati subijciatur religiosus, qui exemptus est Episcopo. Verum nec ille textus fauet, vt potest qui loquitur de bigamia similitudinaria. Nec video qua ratione, aut textu possit praedicta limitatio probari. Nec id more, & vsu approbatur. Vt restantur Paludanus 4. d. 27. q. 4. art. 5. nu. 35. Supplementum Gabrielis ibi q. 3. ad finem. Sotus q. 3. art. 3. in fine corporis. Turrec. c. lektor. d. 34. art. 2. nu. 9. conclusio 3. Ludouicus Lopez 2. p. instructio, vbi de irregul. c. 22. in d. specie irregularitatis. Bartholomaeus à Ledesma dubio vltimo de matrim. ad finem.

14 Tandem alij limitant, nisi necessitas urgeat ob ministrorum penuriam, vt apud Indos: poterit enim tunc Episcopus dispensare vt bigamus ad subdiaconatum promoueat. Probat ex cap. lektor. d. 34. vbi ea facultas conceditur Episcopo. Nec obstat tunc subdiaconatum non fuisse sacrum ordinem. Quia quamuis iam inter sacros ordines ascriptus sit, nubilli ea iuris dispositio sublata inuenit: ac proinde seruanda est. Ita docent Palud. & supplementum Gabrielis, nu. praecedenti allegati. Turrec. c. lektor. art. 2. nu. 8. Idem sequitur Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. nu. 11. alio tamen ductus fundamento, nimirum, ob tacitam Pontificiam commissionem ratione urgentis necessitatis. Ceterum posse Episcopum iure ordinario per d. cap. lektor. (vt priores volunt Auctores,) nullo modo admitto. Sed credo cum Doctoribus nu. 1. allegatis non posse. Quamuis enim ea textus decisio non inueniatur expresse correpta. At tacite correpta creditur: cum omnino causa illius concessionis cessare, esset: & iam subdiaconatu ordine sacro, infra-

aliorum:

aliorum: & sic eadem est ratio de illo, ac de alijs ordinibus sacris. Ad quos constat ex verbis expressis Pontificis eo. c. lektor, denegatam esse facultatem dispensandi Episcopo. At posse ex tacita Pontificis dispensatione Episcopum in hoc dispensare, (vt voluit Enriquez,) quando ingens vrget necessitas penuriae ministrorum, nec esset aditus ad Pontificem, ob magnam loci distantiam, placet vtique: propter rationem generalem, ob quam in simili necessitate probauimus lib. 2. disput. 40. num. 3. posse Episcopum in lege Concilij generalis, vel Pontificia dispensare. Sed non video cur haec facultas sit tunc ad subdiaconatum restringenda. Sed poterit in omnibus sacris ordinibus dispensare. Quia eadem necessitatis ratio militat. Imo necessitati fidelium ob ministrorum penuriam, nullatenus confutur, nisi Episcopus ad sacerdotium dispenseret. Quia soli Sacerdotes possunt conficere Eucharistiam, excipere confessiones, ac Extremam vnctionem ministrare. Quae sunt sacramenta, quibus fideles indigent.

15 Ad argumentum primae contrariae sententiae num. 8. propositum dic cum Glossa c. 2. verb. dispensare, de bigam. Aliud considerasse Apostolum, quando criminis ad ordines promoueri interdixit, & aliud, quando bigamum. Quippe illum exeludit ob personae indignitatem, quae penitentia aboleretur. Et sic non miru, si possit Episcopus dispensare. At hunc, ob defectum significationis, qui per penitentiam minimè restituitur. Ad argumentum secundae sententiae nu. 9. propositum, dic cum textum non probare intantum. Quod tantum decidat bigamos omni priuilegio clericali nudatos esse: de dispensatione mentionem non facit. Atque ita intelligi debet, dum non obtinuerint legitimam bigamiae dispensationem. Et eodem modo dicendum est ad confirmationem. Quare bene ait Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. nu. 11. in commento, littera T. non auferri per id decretum facultatem iure Episcopis concessam ad hanc dispensationem. Ad c. lektor, cui innititur rerum opinio. n. o. relata, constat ex dictis. nu. 11.

16 Haecenus de dispensatione in vera, vel interpretatiua bigamia discussum est. Iam de dispensatione in similitudinaria clerici in sacris constituti inuentis matrimonium est differendum. Quia in re variae sunt sententiae. Quidam negant Episcopo facultatem dispensandi, quamuis clericus ille vnica, ac virginem duxerit. Ducuntur, quia

17 c. nuper, de bigamis, dicitur non licere cū clericis ineuntibus matrimonium dispensare. Sic Maiolus lib. 1. de irreg. c. 33. nu. 7. Alijs placet, si in sacris constitutus maneat in seculo, non posse Episcopum dispensare: secus si religionem ingreditur. Sic reprobat distinctio cōmuni Glossae, & aliorum, ita concordantes. c. 1. & 2. qui clericus, vel vou. docent Ioan. Andr. eo. c. 1. n. 2. & eo. c. 2. sine: & ibi Cardinalis in fine.

18 Alij censent tunc posse Episcopum dispensare, quando contraxit cum virgine, vel vidua, & ea non cognouit, secus quando cognouit. Sic Anton. ca. qui clericus, vel vou. nu. 8. & c. 2. sine: atque ita textus illos conciliat. Sed hoc iam reprobauit d. 83. nu. 5. vbi probauit nullā incurrī bigamiā absque copula: ac proinde non opus erit dispensare.

19 Tandem alij volunt posse Episcopum dispensare, quamuis corruptam duxerit. Sic supponere videtur Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. num. 11. vbi ait difficilius dispensare Episcopum, quando clericus cum vidua alias corrupta contraxit. Et Palacios 4. d. 27. disput. 4. colu. 15. ait quando ante ordinem sacrum nullo matrimonio copulatus est, sed postea corruptam duxit, posset Episcopus dispensare, non vt promoueat hic ad vltiores sacros ordines, sed vt in susceptis ministraret. Addit tamen statim quasi dubitans, quae quale sit hoc, iurisprudentum esse decernere.

20 His tamen minimè obstantibus, sic distinguendum est. Si clericus ille cum vnicā, & virgine contraxerit, potest Episcopus dispensare: secus si cum vidua, vel corrupta, vel duplex iniit matrimonium. Et posse Episcopum dispensare quando cum virgine contraxit, probatur ex c. sanè Sacerdotes, de cleric. coniug. ibi. Sanè Sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, post longam penitentiam, & vitam laudabilem continentes, officio suo restitui poterunt, & ex indulgentia sui Episcopi, eas habere exequutionem. Et c. 1. qui clericus, vel vouent. dicitur posse Episcopum diacono, qui vxorem accepit, post peractam penitentiam ei reddere dispensatiue diaconatus officium. Et quamuis textus hi non explicant, quādo cum virgine, & vnicū est initum matrimonium: sunt ita necessariū intelligendi, ne aduersentur duplici textui neganti in his casibus dispensationem. Quippe. c. nuper, de bigam. dicitur non licere cum clericis dispensare, qui in sacris constituti secundas mulieres sibi matrimonialiter coniuxerunt. Et c. finali, eodē

tit. dicitur non licere dispensare, quando tales clerici cum vidua contraxerunt. Et ratio huius sententiae redditur a Couarrubia statim allegando, quod hic clericus ducens virginem, nec verus, nec interpretatus, nec fideus bigamus sit, quamvis appelleretur bigamus saltem secundum aliquam significationem, ac similitudinem, eo quod indigeat dispensatione. Nec obstat textus cap. 2. qui clerici vel vou. vbi solum conceditur Episcopis facultas dispensandi cum his clericis, quando vere penitentes sunt, ac religionem ingrediuntur. Quia is textus intelligitur de consilio: iure enim suo potest Episcopus dispensare, ut dicitur. c. 1. eodem tit. Sic explicant Glossa eo. cap. 2. verb. in subdiaconatu. Et ibi Innocentius. vnicuique. Et ideo hanc sententiam sustinent, Glossa cap. 1. verb. dispensatione, & cap. 2. verb. in subdiaconatu, qui clerici, vel vou. & cap. 1. sacerdotis. verb. ex indulgentia, de clericis coniugatis. & cap. nuper. verb. dispensari, de bigamis. Abbas. dist. c. 2. in fi. & ibi Alexander de Neuo in fine. Anchar. cap. 1. nu. 1. notabili. 2. qui clerici, vel vou. Et ibi Prapost. nu. 8. Antonius. d. c. 1. sane. Sacerdotes, in fine. Athesius summa. 2. p. lib. 6. tit. 7. art. vnicuique. quæstionum. 2. Monaldi summa, tractatu de irregulari. vbi de bigamia. col. 2. verifico. item si aliquis. Turrecre. cap. 1. dist. 34. art. 2. num. 10. concl. 4. Rosella verb. bigamia. num. 2. Et ibi Angelus num. 9. Syluest. quæst. 8. Tabiena. q. vltima. Armilla num. 9. Couarrubia. si furiosus, de homicidio. 1. p. 2. num. 2. vers. 2. Nauarr. summa. cap. 27. num. 197. fin. Borgasius de irregulari. p. 5. tit. de bigamis. nu. 9. Antonius Cucus lib. 4. Institutionum maiorum. tit. 12. num. 188. Et ex Theologis, Paludan. 4. dist. 27. quæst. 4. art. 2. num. 12. & art. 5. nu. 35. Toledo lib. 1. summa. cap. 26. num. 8. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 66. art. 1. fin. Valentia. 4. part. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. in 1. specie irregularitatis, in fin. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 1. lib. 4. cap. 7. fin. Emmanuel Sa summa verb. irregularitas, vbi de bigamia. num. 4. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de irregularitate. cap. 22. in prima specie irregularitatis. Temperant autem Angelus, Syluest. Rosella, Armilla, dummodo clericus ille penitens sit, aliis non poterit Episcopus dispensare: per. c. 2. qui cler. vel vou. petens hanc conditionem, ut possit Episcopus dispensare. Sed iam dixi ex mente Glossæ, & Innocentij, conditio-

nem eam peti ex solo consilio. Quod idem non obscure significant Abbas, & Alexander de Neuo proximè allegati, tantum enim dicunt non debere Episcopum dispensare, quando clericus ille penitentia signa minimè exhibet.

Intellige autem non posse Episcopum dispensare cum clerico in sacris constituto viduam ducente, quoad officium, secus in beneficio: per cap. presbyterum. dist. 28. quod est ex 6. Synodo in Trullo. c. 26. ibi: *Presbyterum non legalibus nuptijs detentum cathedram quidem habere, sed ab officio abstinere precipimus.* Vbi Glossa. verb. habere, ait beneficium hunc retinere, sed abstinere debere ab officio. Et sic docent Ioan. Andra. cap. finalij, in fine, de bigam. & ibi Anton. sine. Cardinalis oppositio. 2. Abbas sine. Bellemera in fine.

Similiter poterit Episcopus dispensare in irregularitate bigamiae similitudinaria professi transeuntis ad matrimonium. Propter eandem rationem, ob quam potest cum clerico. Et hoc quando cum vnica, & virgine contraxit, secus quando cum vidua, vel duplex inijt matrimonium. (vt num. 20. diximus de clerico ineunte matrimonium.) Atque ita docent Supplementum Gabri. 4. d. 27. q. 3. art. 3. ad fin. Paludanus vtrouque loco, Turrecre. Rosella, Emmanuel Sa, Ludou. Lopez citati. nu. 20. Quamvis Athesius ibidem allegatus oppositum sustineat. Hoc tamen intelligendum est, quando professus est exemptus, si ex licentia sui superioris subiiciatur Episcopo. Vt in simili retuli ex Enriquez num. 13.

Poterit etiam Episcopus dispensare in hac irregularitate similitudinaria bigamiae, si ex delicto occulto oriatur per Trident. sess. 24. de reform. c. 6. Quia eam ex delicto, & non ex significatione oriri probauit in disp. præcedenti. num. 10. Et ita docent Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 158. nu. penult. Vega 1. tomo summa. cap. 38. casu 1. fin. Quod est verum, quamvis clericus ille in sacris constitutus, aut professus viduam duxerit post sacrum ordinem, vel professionem, cum antea nullo matrimonio iunctus esset. Quia hic ex sola bigamia similitudinaria est irregularis. Matrimonium enim vnicuique irritum cum vidua non inducit interpretatiuam bigamiam, (vt probauit disp. 84. nu. 1.) Imò idem dicendum est, quando ante ordinem sacrum, vel professionem, vnicuique matrimonium validum cum virgine contraxit, & post ordinem, aut professionem, aliud

irritum

teritum cum quacunque. Vel ante ordinem, & professionem, duxit viduam, vel corruptam inualidè, & postea aliud matrimonium inijt, ordine iam suscepto, aut professione emissâ. Vel post hæc contraxit plura matrimonium, cum quacunque femina. Quia in his euentibus cum duo matrimonia non inueniantur valida, nec vnicuique validum cum corrupta, solum reperitur vltra bigamiam similitudinariam, alia interpretatiua: & cum hæc quocunque solo delicto conflagrat: (vt probauit disp. 84. nu. 6.) & illud sit occultum, poterit Episcopus in vtraque dispensare: iuxta concessionem Tridentini eodem cap. 6.

Tandem obseruandum est, in dispensationis bigamiae impetratione non esse necessarium mentionem ternarum, vel quaternarum nuptiarum, aut vltiorum, sed satis esse referre binas nuptias. Quia nullus textus trigamiae meminit, sed solius bigamiae. Præterea, quia adeo incapax est ordinis suscipiendi, ac representanda coniunctionis Christi cum Ecclesia trigamus, ac bigamus. Item, quia index plures latrones suspèdès, non opus est in dispensatione impetranda,

ut mentionem faciat de illis, sed satis est dicat se morte damnassem hominem. Et ita docent Nauarr. lib. 1. cons. tit. de bigamis, in vtraque editione, roto cons. 2. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. num. 9. Quamvis contrarium significet Maiolus lib. 1. de irregul. c. 3. 3. ad finem, ait enim tot posse multiplicari in bigamo connubia, vt nulla omnino expectanda foret dispensatio. At nō satis est, se esse bigamum explicare: sicut nec esse illegitimum, vel afinum. Sunt enim variae hærum species. Similiter est necessarium faciendâ mentionem bigamiae veræ, & interpretatiuæ, & similitudinariæ, si simul concurrant. Quia sunt diuersæ species. Vt si duo quispiam inijt matrimonia valida, & alterum cum corrupta. Quia adest bigamia vera ratione duplicis matrimonij, & interpretatiua, & id quod alterum cum corrupta fuerit: & sic in reliquis casibus, in quibus plures species concurrerint. Nam omnium mentio faciendâ est. Quod amplius constabit ex tractandis lib. sequenti, ubi consanguinitatis & affinitatis concurrentium, vel plurium consanguinitatis graduum, mentionem faciendam esse probabimus.

DISP. OCTOGESIMASEPTIMA.

Quæ sint pœnæ iure Ciuili secundis nuptijs intra luctus annum contractis statutæ: & an sint iure Canonico correctæ?

SUMMARIUM.

Explicatur utilitas questionis: & quot dispensantur num. 1.
An hic luctus an numeretur à die mortis viri scienti? num. 2.
An vidua anno luctus nubens sit ipso iure infamis, & in his penis non sit necessaria iudicis sententia? num. 3.
An possit dare posteriori viro vltra tertium bonorum partem: & quid extraneo: & an hoc sit deductis legatis computanda? num. 4.
Quid, si integrè inlicitus posteriore virum hereditatem? num. 5.
An nubens eo anno luctus sit experta cuiusque relictæ, & donationis, & hereditatis respectu extraneo? num. 7.
An teneatur sic accepta restituere? Et traditur regula, quando lex reddat incapax quæpiam hereditatis, & teneatur eam restituere. n. 8.

An hæc pœna intelligatur de relictis à quouis extraneo, vel coniuncto? num. 9.
An priuatur omnibus relictis à viro, etiam in conscientia? num. 10.
Quid de acceptis titulo donationis à viro? num. 11.
An perdat ante sententiam sponsalitiâ largitatem? num. 12.
An amittat habita à priori viro titulo onerosi? num. 13.
An ducens viduam intra annum luctus amittat hæc? num. 14.
An priuatur successione ab intestato prædicta vidua? num. 15.
An teneatur moderatam suorum bonorum dare relictis prioris matrimonij? num. 16.
An eximatur ab his penis, si sit minor? num. 17.
Quid, si vel prius matrimonium, vel posterius sit irritum? num. 18.
Quid, si alterutrum non sit consummatum? num. 19.
An hæc pœnæ incurrat viduus intra luctus annum ducens uxorem? num. 20.
Postea. 20. inuenies summaria, quæ desiderat.

Hæc-